

esse credam: illa hominum opinio est. Syll.
At nullus istius vane persuasionis tanto loco-
rū interuallo sensus ad inferos descendit: nul-
la vnq; rerum humanarum delectatio stygē
præteruecta est. Libenter scire veli Cæsar vbi
subsiterint illę veteranę cohortes, q̄diu volu-
ptates profecutę sint; nam vidimus nudū &
cicatricosum ac denso cutarum agmine stipa-
tum in aulam Plutonis ingredi. Num tibi
magistratus cum insignibus obuiam honoris
gratia venerunt: at nemo plane ne ipsi quis-
dem minutuli qui quondam supplices tuis
genibus aduoluebantur, prætereunti assur-
rexere, non dignati sunt oculis intueri: haud
quemq; aliena perinde negocia dstringunt:
suis fere quilibet aut malis torquetur, aut so-
latium ex bonis capit. Pari conditione reges
& inopes agimus, alium a priore statu ab alio
non discernentes, illa enim fortunę potestas
fuit. Qui autem inuictū gerentes aduersum
diuitias animum, quam inclusi corporibus ef-
sent, sancte pieq; vixerunt, ad nullas volup-
tatum illecebras mente prostrata: hi pulcherri-
mas nacti possessiones cuiusuis meroris ex-
pertes ocio felicissimo fruuntur. Qui vero
aut impudicis voluptatibus volutarunt, aut
alios affligerunt iniuria; hos vel Ixionis radij